

27

ÉRASME à Nicolas Bérauld ¹, à Paris.
D'Anvers, 9 août 1519 ².

Erasmi Epp. éd. Le Clerc, p. 335.

SOMMAIRE. Érasme ne vise pas à faire violemment exclure la *Scolastique* des Universités. Il lui suffit de ramener la Théologie à sa source naturelle, l'*Évangile*.

.... *Mea studia non eò spectant, ut Thomam aut Scotum* ³ è scholis publicis explodant, vetereque possessione depellant, quod nec meorum est virium : et si esset, haud scio an sit optandum, nisi jam paratum videamus doctrinæ genus aliquod hoc præstantius ⁴. Quid alii moliantur, ipsi viderint : ego nunquam futurus sum hujus auctor tumultus. Mihi sat est, si *Theologia* magis sobriè tractetur quàm antehac est tractata, et subinde *petatur ex fontibus Evangelicis, quod antehac e lacunis non undiquaque puris solemus haurire plerique*. Neque nihil hic profecimus, quibusdam huc adductis, quibusdam etiam compulsis, ut magis seriò Theologi sint.... Quod Theologi partim respiscunt, partim mitescunt, non perinde meo ut ipsorum nomine gaudeo...

28

ÉRASME DE ROTTERDAM à Léon X.
De Louvain, 13 août 1519.

Erasmi Epistolæ, éd. Le Clerc, p. 490.

SOMMAIRE. La publication du Nouveau Testament d'Érasme a eu pour effet de susciter contre la *réforme théologique* qu'elle prépare, une hostilité non moins vive que celle dont la *renaissance des bonnes études* est l'objet.

Leoni X Papæ Erasmus Rot. S. D.

Beatissime Pater, exiit jamdudum in manus hominum Novum

¹ Voyez le N° 14, note 1.

² Dans Le Clerc, 1518. Notre correction se justifie par le fait qu'il est aussi question dans cette lettre de Poncher, archevêque de Sens. (V. le N° 26, note 4.)

³ Thomas d'Aquin et Duns Scot, deux des principaux docteurs de la scolastique.

⁴ Érasme fait ici allusion à la lettre de Bérauld du 16 mars 1518. (N° 14.)

Testamentum rursus à me non aestimandis sudoribus novatum, unà cum annotationibus accessione non mediocri locupletatis. Exiit autem felicibus, ut videtur, auspiciis, non modo Romani Pontificis titulo, verum etiam *Leonis* vocabulo commendatum, quo non aliud nomen orbi Christiano gratius.... Quos prioris editionis novitas nonnihil offenderat, hi nunc resipiscunt et errorem agnoscunt suum. Qui hactenus è putribus lacunis perturbatam quandam ac frigidam *Theologiam* hauriebant, nunc è *purissimis fontibus Christi et Apostolorum haurire malunt*. Priorem editionem candidissimus quisque et eruditissimus amplectebatur.... Hanc mire consentientibus calculis approbant omnes, exceptis perpauca. Quorum alii stupidiore sunt, quàm ut possint rectis rationibus coargui; alii superbiore, quàm ut velint meliora discere; alii pertinaciore, quàm ut non pudeat in malè creptis parum esse constantes; nonnulli natu grandiore, quàm ut sperent se facturos operæ precium; quidam ambitiosiore, quàm ut sustineant videri nescisse quicquam antehac, sed omnes ejusmodi, ut non referat talium ambisse suffragium.... Et inter hos vix quisquam est, qui nostra legerit.

Metuebant tyrannidi suæ, quidam etiam quæstui, si mundus resipisceret. Quid sibi persuaserint nescio, certè rudibus et indoctis persuadere conantur, linguarum cognitionem, bonasque, quas vocant, literas adversari Theologiæ studio, cum nullis disciplinis ea magis vel ornatur, vel adjuvetur. Hi (ut sunt omnibus Musis et Graeciis iratis nati) sine fine belligerantur adversus studia, sese nostris temporibus ad meliorem frugem erigentia. Summa verò victoriæ spes in meris sycophantiis illis est sita. Si libris agant, nihil aliud quàm suam traducunt stultitiam, simul atque inscitiam. Si rationibus conflictantur, nimirum superat manifesta veritas; tantum apud imperitam plebeculam stultasque mulierculas vociferantur, quibus imponere facillimum est, præsertim religionis prætextu, cujus simulandæ miri sunt artifices. *Prætexunt horrenda nomina, hæreses, antichristos : jactitant periclitari, nutareque religionem Christianam*, quam ipsi scilicet suis humeris sustinent, atque his tam odiosis admiscunt mentionem linguarum, ac politioris literaturæ. Hæc, inquit, horrenda dictu, nascuntur ex poetica, nam hoc vocabulo traducunt quicquid est elegantioris doctrinæ, hoc est, quicquid ipsi non didicerunt. Hujusmodi nænias non pudet etiam in sacris concionibus deblaterare, qui se præcones Evangelicæ doctrinæ haberi postulant.

..... Doleo.... quorundam amarulentis contentionibus labefactari

tranquillitatem studiorum ac rei Christianæ. Neque res jam intra argumentorum conflictationem consistit; atrocibus utrinque convitiis pugna crudescit, dentatis libellis res geritur, ac reciprocantibus maledictis tumultus in rabiem exit.... *Hæc aliquoties parvis initiis orta, sæpenumerò vastissimum gignunt incendium*, fitque ut malum, quod initio ceu leve negligebatur, paulatim auctum tandem erumpat in grave discrimen tranquillitatis Christianæ.

Hac quidem in re multum laudis debetur optimis monarchis, qui auctoritate sua dissidium hoc oriri cœptum sedarunt, velut *Henricus*, ejus nominis octavus, apud Anglos, *Franciscus*, hujus nominis primus, apud Gallos....

Proinde mihi videtur Tua Sanctitas rem factura Christo longe gratissimam, si contentionibus hujusmodi silentium indixerit, atque id præstet in orbe toto Christiano, quod *Henricus* et *Franciscus* in suis uterque regnis præstitere. Tua pietas summos Reges redigit in concordiam; superest ut per eandem et studiis sua reddatur tranquillitas. Id fiet si, tuo jussu, homines qui loqui non possunt, desinant obgannire politioribus literis, et ad benedicendum elingues desinant in linguarum studiosos maledicere, sed suam quisque professionem gnaviter tueatur citra contumeliam alienæ. Ita fiet ut gravioribus illæ, quas vocant, facultates, Theologia, Jurisprudentia, Philosophia, Medicina, harum literarum accessione non mediocriter adjuventur.....

29

HENRI-CORNELIUS AGRIPPA à Le Fèvre d'Étaples.

De Metz (au mois d'octobre) 1519.

Agrippæ Opp. Pars II, ep^a 35^a, p. 750.

SOMMAIRE. Je n'ai pas répondu à votre lettre du 20 juin, parce que je me suis souvent absenté de Metz, pour les affaires de la ville. J'ai cependant terminé la *Défense* développée de mes *Thèses* et j'en ai remis une copie au théologastre anonyme, qui est réellement *Claude Salin*. Je vous en enverrais une pareille, sans mon prochain départ pour l'*Allemagne*. Quand vous la recevrez imprimée, elle ne vous déplaira pas, puisqu'elle déplaît si fort à ces *Sophistes*, dont le courage se réduit à nous attaquer par derrière et à nous accuser d'hérésie devant un peuple crédule. Envoyez-moi vos commentaires sur *Richard de St-Victor*.

Henricus Cornelius Agrippa Jacobo Fabro Stapulensi S. D.

Quas à 20 Junii ad me scripsisti literas, integerrime Faber, et

humanissimas et gratissimas, accepi : post quod tempus alias ex te accepi nullas, nec ego tibi aliquid respondi. Hoc ideò tibi significo, ne quis nostrum mutuis literis sese fraudatum existimet, atque si tu alias ad me dedisti, quas ego non acceperim, me aliquando negligentiae vel ingratitude arguas. Causa verò, cur intra tantum temporis, ego tibi responsurus non scripserim ea est : tum quia opportunus defuit nuntius, tum quia pro Republica civitatis hujus saepe absens fui ².

Nihilominus tamen complevimus interim et perfecimus Defensionem propositionum nostrarum ³, etiam multò ampliori volumine quàm arbitramur, ejusque copiam jam tradidimus adversario illo theologastro innominato, ut quem suorum scriptorum puduit, sed non inaniter præsumpto, atque nunc apertè cognito, fratri *Claudio Salini*, doctorculo Parisiensi, ordinis Prædicatorum Metensis conventus Priori. Tibi verò, quod maximè debeo, duplum missurus eram, nisi deesset mihi notarius, urgeretque instans meus discessus in *Germaniam* ⁴. Mittam autem aliàs vel manu scriptam, vel typis excusam, quæ, ut arbitror, tibi non admodum displicebit, eoque minus, quò istis sophistis placeat quàm minimè : qui cùm aperto Marte contra nos nihil valeant, per cuniculos furtivè adoriuntur, sagittantes in occulto, et apud imperitum credulumque vulgus nos erroris insimulant, deferentes nos tanquam de *hæresi* et insanis opinionibus ⁵. Cæterum, quod cupio, mittas ad me com-

² Agrippa était conseiller et avocat de la ville de Metz.

³ Voyez Agrippæ Opp. P. II, p. 594-663. Ce travail plus développé, porte le titre suivant : « Defensio Propositionum prænarratarum contra quemdam Dominicastrum illarum impugnatores.... » On y trouve (p. 661) ce passage intéressant relatif à *Érasme* et à *Le Fèvre* : « Non desunt invidi ac pestilentes detractores, qui tecum calumniantur *Erasmum Roterodamum* atque *Jacobum Fabrum Stapulensem*, quem *Parisienses* quidam theologistæ — eo quòd ineptam hanc Novi Testamenti traductionem quam tu et tui similes homunculi sophistæ, *Hieronymo* intitulatis, ipse *Faber*, adductis argumentis, illam *Hieronymi* esse negasset, — hæreseos damnare voluerunt, seipsos interim non sine totius *Sorbonæ* ignominia, imperitiæ ac malignitatis infamia perpetuè et ubique denigrantes. » (Voyez dans le Commentaire de *Le Fèvre* sur les épîtres de saint Paul : « Apologia quòd vetus interpretatio Epistolarum beatissimi Pauli, quæ passim legitur, non sit tralatio *Hieronymi*. »)

⁴ Il n'obtint son congé que le 25 janvier 1520, et se retira aussitôt à *Cologne*.

⁵ Les moines de Metz ne se contentaient pas de déclamer contre l'hérésie. Le Dominicain *Nicolas Savini*, inquisiteur de la foi à Metz, voulait faire mettre à la question une pauvre paysanne d'un village voisin, sur le simple soupçon

mentaria mea [tua ?] in *Richardum de Sancto Victore*⁶ meis expensis. Valdè enim et jamdudum desideravi. Vale fœlicissimè. Ex civitate Mediomatricum. Anno 1519.

30

LE FÈVRE D'ÉTAPLES à H.-C. Agrippa. De Paris, 14 novembre 1519.

Agrippæ Opp. Pars II, ep^a 36^a, p. 750.

SOMMAIRE. Je loue le courage que vous montrez en rétablissant l'*histoire vraie de Ste. Anne*, mais je prévois que vous ferez beaucoup d'ennemis. Songez à tout ce qu'a souffert l'excellent *Reuchlin* ! Les ordres monastiques seront-ils plus éléments pour *Agrippa* ? Si vous publiez votre livre, prenez toutes vos précautions. Les attaques de ces gens-là sont perfides ; sans s'inquiéter de leur conscience, ils résistent même à une vérité reconnue. Que votre style soit pur et élégant, car notre époque produit de merveilleux censeurs. Les critiques de vos amis d'Allemagne vous seront d'autant plus utiles, que ma dissertation sur *Ste. Anne* a suscité beaucoup de réfutations. Je vous aurais envoyé la plus récente in-extenso ; mais pendant les derniers mois j'ai été nomade, et d'ici à une année environ je ne reviendrai pas à Paris.

Jacobus Faber Stapulensis Henrico Cornelio Agrippæ S. D.

Patri Cœlestino¹ et præsentium tabellario tantum ad te dedi literas, vir humanissime, et libellos ad te ferendos, quos haud dubito te recepisse. Generosum spiritum, quem ad defensionem *Annæ*, genitricis Deiparæ virginis, concepisti, laudo ; tristor tamen, quòd multorum conflabis tibi malevolentiam. *Reuchlin*². vir optimus

qu'elle pouvait bien être hérétique, puisque sa mère avait été brûlée comme sorcière. *Agrippa* protesta en vain contre cette barbarie ; mais ses généreux efforts eurent du moins un résultat : la procédure ayant été, grâce à lui, exactement suivie, l'accusée fut reconnue innocente et l'on imposa une amende à ses accusateurs. (Voyez l'histoire de ce procès dans l'ouvrage d'*Agrippa* « De incertitudine et vanitate scientiarum declamatio invectiva. » Cap. XCVI. De arte inquisitorum.) On n'est pas étonné, après cela, qu'*Agrippa* ait pu s'exprimer, au sujet de Metz, de la manière suivante : « Nunquam unquam alicubi locorum fui, unde abirem libentius, quàm ab hac omnium literarum virtutumque noverca.... civitate *Metensi*. » (Lettre du 2 juin 1519. Opp. Pars II, ep^a 33^a.)

⁶ *Richard*, chanoine de *St.-Victor*, auteur du douzième siècle.

¹ Le P. Claude Dieudonné, qui s'était déjà rendu à Paris, au printemps, pour les affaires de son Ordre. Voyez les N^{os} 21 et 23.

² Voyez les N^{os} 2 et 3. Le Fèvre aurait pu ajouter que les amis de *Reuch-*

pariter et doctissimus, multa passus est. Nescio, an minore pertinacia omnes fermè ordines tutari velint suam trinubam et triparam *Annam. Abusum popularem* nihil formidabunt dicere esse *Ecclesie usum et sanctionem*.

Si opus emittis³, vide, ut omnia cautè, quia, ut scribis⁴, per cuniculos clanculè adoriuntur, quærentes sagittare in occulto, et, *neglecta conscientia, vero etiam noto repugnant*. Vide etiam, ut omnia pura sint et tersa, si sis emissurus : quia tempora nostra miros ferunt censores, qui omnia fastidiunt, nisi cultum eloquentiæ præ se ferant⁵. Non dubito te habere amicos præcipuè *Germanos*, quibus committas tua recognoscenda, qui benevoli, eruditi et elegantes. Fuerunt, et multi jam sunt, qui contra disceptationem meam de *Anna* scripserunt, tum Franciscani, tum Carmelitæ ; latet me tamen adhuc sua se scripta emisisse. Et nunc sesquiannus fluxit, à quo scripsit Carmelita codicem tribus conclusionibus, disceptationem nostram⁶ evertere molitus ; sed machina admodum barbara. Conclusiones illas ad te mitto : et si tempus adfuisset, misissem integrum codicem. Sed per hos [menses ?] divagatus sum⁷, neque per annum fermè figam pedem *Parisiis*⁸. Requiris *Richardum*⁹. Hunc

lin se ressentaient encore de la haine des Dominicains. Voyez la lettre d'Érasme à l'évêque de Rochester, 17 octobre 1519. « Miseret me *Fabri*, viri nimirum optimi, qui *Lutetiæ* non mediocri gravatur invidia, præsertim *Dominicanorum*, potissimum ob hoc quòd dictus sit favere *Capnioni*. » (Erasmii Epp. ed. cit. p. 511.)

³ Voyez le N° 29, note 3.

⁴ Dans le N° 29, vers la fin.

⁵ Érasme retraçant les progrès des sciences depuis 80 ans, s'exprime comme suit, au sujet du style usité dans les œuvres théologiques : « Hactenus è doctorum centuriis excluderentur, qui paulò politius loquerentur.... atque illud protinus erat in promptu : « Grammaticus est, non philosophus ; rhetor est, non jurisconsultus ; orator est, non theologus. » Sed brevi, ni fallor, rebus in diversum commutatis.... non phas erit cuiquam sibi sapientiam vendicare nisi simul adfuerit pedissequa *eloquentia*, quam divus Augustinus non vult usquam ab hera sua digredi. » (Lettre à Boniface Amerbach, 31 août 1518. Le Clerc, p. 350).

⁶ Voyez au N° 23, note 3, le titre de cette dissertation, qui fut réimprimée en 1519.

⁷ Nous avons vu (N° 25) que Le Fèvre était encore à Paris le 20 juin. Il visita dès lors plusieurs monastères dans l'intérêt de ses études, comme il nous l'apprend dans la préface d'un livre qu'il publia au mois d'août, même année. C'étaient les « Contemplationes Idiotæ : de amore divino, de virgine Maria, de vera patientia, etc. » (V. Graf, op. cit., p. 94.)

⁸ On ne sait pas où Le Fèvre passa l'année 1520.

⁹ Voyez le N° 29, à la fin.

per harum tabellarium ad te mitto ; et scias, nil apud me esse, quod non sit tuum, cùm animum meum habeas. Vale, vir à me meritò omni benevolentia prosequende. Parisiis, decimo quarto Novembris, 1519.

31

N. N. aux Théologiens de bonne foi¹.
(De Wittemberg), en mars 1520.

Lutheri Opera (sine loco), 1520, in-4°.

SOMMAIRE. L'éditeur des œuvres de *Luther* souhaite que les théologiens enseignent enûn au monde la doctrine de Christ, et qu'ils ne se hâtent pas d'accuser d'hérésie les gens de bien qui préfèrent l'*Évangile* aux docteurs scolastiques. Il déplore les sentiments injustes de quelques *théologiens de Paris* envers *Le Frère d'Étaples*.

Ad Candidos Theologos.

Habetis hic Reverendi patris *Martini Lutherii* theologicas lucubrations, quem plerique putant velut Danielem quendam à CHRISTO tandem nos respiciente, missum, ut abusus aliquot, Theologis Evangelicam ac Paulinam Theologiam cum veterum commentariis juxtà negligentibus, et circa meras ampliationum, restrictionum, appellationum, ac verè parvorum logicalium nugas occupatis, in ecclesia sua natos, hic coarguat. Atque utinam omnes Theologos à lethargo tandem expergefieri contingat, ut omissis fraternalibus somniis, summis dictum oportuit, Evangelicam philosophiam malint quàm Aristotelicam, Paulinam quàm Scoticam, — ut deinceps Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Cyprianum, Athanasium, Hilarium, Basilium, Jo. Chrysostomum, Theophylactum anteponant Lyrano, Thomæ, Scoto, et cæteris opiniosis Scholæ disputatoribus, — ut CHRISTUM non ad mundum trahant, quod tam passim facit *Aquiniensis ille Thomas*, sed mundum ad Christi doctrinam erudiant, — ut non aliud dicant in scholis, dum agunt comœdias, aliud domi, apud populum aliud, aliud apud amicos familiareis, — ut non fa-

¹ Cette pièce se trouve en tête de l'ouvrage intitulé : « Prima Pars Operum reverendi patris, ac sacræ Theologiæ doctoris Martini Lutherii, Augustiniani Wittenbergensis. » (s. l.). *A la fin* : Mense Martio. Anno M.D.XX. Deux parties en 1 vol. in-4° de 687 pp.

cili de causa, aut etiam non causa, bonos viros cum ipsis ineptire nolentes *hæreticos* pronunciare conentur, quosdam *Parisiensis Scholæ Theologos* imitati, qui *Jacobum Fabrum Stapulensem*, eruditionis et integritatis columnen, quòd ineptam istam Novi Instrumenti versionem, adductis argumentis, esse Hieronymi negasset, hæreseos damnare voluerunt, seipsos interim non citra academiae totius ignominiam, apud totum orbem, et omnem forsitan posteritatem, imperitiæ et invidiæ atque malignitatis notantes *! Sed cogitent Scholasticas opiniones nequaquam fieri debere Christianorum onera. Cogitent *mundum, passim nunc emergentibus studiis, respiscere*, Laicos non tam crassos quàm fuerunt olim ³. CHRISTUM et Paulum in primis ament, spirent, complectantur, et comperient quædam secus habentia quàm quæstionistæ hactenus docuerunt. Itaque, fratres, *tempus est nos à somno surgere*. Bene valetote, candidi Theologi.

32

GLAREANUS à Zwingli à Zurich.

De Paris, 1^{er} novembre 1520.

Zuinglii Opp. VII, p. 151.

SOMMAIRE. Malgré l'attitude peu favorable de l'université de Paris, les livres de *Luther* sont toujours accueillis en *France* avec une grande faveur.

..... Nunc de *Luthero* audi nova. *Universitas Parisiensis*, quando-

* Ce dernier paragraphe est reproduit presque littéralement par H.-Cornelius Agrippa. (Voyez le N° 29, note 3.)

³ Justus Jonas développe éloquemment la même pensée sur les progrès de la Réforme, dans sa « *Defensio pro conjugio sacerdotali adversus Jo. Fabrum Constantiensem*, » datée de Wittemberg, le 10 août 1523 : « *Præter te unum, opinor, omnes qui utcumque communis sensus compotes sunt, vident nunc in quem potissimum usum Deus, in hoc sæculorum fine, in his novissimis diebus Typographiæ divinum artificium protulit. Vides linguas, Græcam, Latinam, Hæbraicam, breviter omne eruditionis genus, servire Evangelio. Hæc opera Dei vos non respicitis, hunc tam celerem et mirabilem cursum Verbi in omnes gentes non consideratis.... Eliminata est barbaries, profligati è Theologorum scholis Sophistæ; asseritur quotidie magis ac magis sincera Theologia et puritas Evangelii. Cessant frigidæ illæ cærimonix, reflorescunt unà cum doctrina spiritus, exercitia quoque pia et spiritualia.* »

quidem ad eam ipsam disceptatio inter *Geckium* et *Lutherum*¹ delata fuit, tanquam ad iudicem², posteaquam audivit, damnatum *Lutherum* a Pontifice Maximo, ipsa, quæ quosdam articulos fortassis vellicatura erat, nunc iudicio supersedit. Nulli libri avidius emuntur³. Audivi a bibliopola quodam, qui ait, sese *Francivadi*⁴ nuperis nundinis⁵ vendidisse Exempl. [aria] 1400, quot nunquam antea alicujus auctoris. Passim bene dicitur *Luthero*⁶. Verùm monachorum longa est catena. Salutat te S. P. Q. R.⁷ atque ego imprimis. Vale. Lutetiæ, ad Cal. Nov. 1520.

33

ÉRASME DE ROTTERDAM à Alexandre, secrétaire du comte de Nassau.

De Louvain, 13 mai 1521¹.

Erasmi Epp. Le Clerc, p. 4695.

SOMMAIRE. On injurie *Luther* sans le réfuter. *Le Fèvre d'Étaples* a été dénoncé, devant le roi François I, comme étant l'un des précurseurs de l'antechrist. Les idées

¹ Il veut parler de la dispute soutenue par Luther à Leipsic contre le théologien Eckius, du 4 au 14 juillet 1519.

² Bulæus dit qu'on apporta à Paris beaucoup d'exemplaires de la « *Dispute de Leipsic*, » et il cite la note suivante de Jⁿ Nicolas, receveur de la nation française à l'université de Paris : « Die 20 Januar. (1520) comparavi 20 libros intitulatos : « *Disputatio inter egregios viros et doctores Joa. Eckium et M. Lutherum*, » ex ordinatione Nationis, ad conclusionem Universitatis, distribuendos *deputatis*, et illis qui vellent *eorum opinionem* referre in præfata Universitate. » (Opus cit. VI, p. 109.)

³ Voyez le N° 22, note 2.

⁴ Les éditeurs de Zwingli et Le Clerc adoptent *Francinadum*. Il faut lire *Francivadum*, qui est la traduction de *Frankfurt*.

⁵ En septembre.

⁶ Glareanus est bien plus explicite dans sa lettre à Myconius, datée de Paris, le 7 avril 1521. « De *Luthero* quid scribam nihil habeo. *Unum hoc scio, doctissimos quosque de doctrina et viro sentire optimè; cæterùm modum fortassis duriorum cepisse putant, verùm id irritatoribus ascribunt.* » (Inédite. Collection Simler, à Zurich.)

⁷ Senatus populusque romanus. Voyez le N° 12, note 1, à la fin.

¹ L'édition de Le Clerc date du 13 mars. Ce doit être une faute d'impres-

de Luther ont pénétré en beaucoup de pays. Il n'est pas de livre où l'on n'en retrouve la trace profonde.

.... Bulla² jubet, ut prædicent adversus *Lutherum*, hoc est, ut opinionones illius refellant testimonio Sacrarum Litterarum, ac diversa melioraque doceant. Nunc nullus est, qui sumat calamum ad refellendum illum, quum id efflagitant omnes; nullus redarguit, tantum convitiantur, sæpe etiam mentientes... Apud *Regem Gallie* Carmelita quidam dixit in concione, venturum Anti-Christum; jam quatuor esse Præcursores: Minoritam nescio quem in *Italia*, *Jacobum Fabrum Stapulensem* in *Gallia*, *Reuchlinum* in *Germania*, *Erasmum* in *Brabantia*³ Nemo credat, quàm late *Lutherus* irrepserit in animos multarum gentium, et quàm alte insederit libris omni lingua quaquaversum sparsis....

34

ÉRASME DE ROTTERDAM à Nicolas Éverard. De Malines, (au mois de mai) 1521⁴.

Erasmi Epistolæ, éd. Le Clerc, p. 1697.

SOMMAIRE. Quels sont les principaux adversaires de *Luther* à *Paris*. On y a fait disparaître par le poison plusieurs de ses partisans déclarés. Réflexion ironique d'Érasme à ce sujet.

..... *Parisiis* duo potissimum impugnant *Lutherum*: *Querquo*⁵,

sion. Érasme dit dans la même lettre: « Mussant hic nescio quid de terrifico Mandato Caroli, » et Le Clerc ajoute en note: « Edictum Imperiale intelligit, datum Wormatiæ 8 Maii, anno 1521. »

² La bulle pontificale du 15 juin 1520.

³ Érasme raconte le même fait dans sa lettre à Louis Guillard d'Espichelière, évêque de Tournay, datée du 17 juin 1521 (Le Clerc, p. 646), et il fait suivre son récit de cette réflexion: « Hæc qui audent, nonne summos Principes aut pro stupidis habent, qui nihil intelligant et credant omnia, aut pro pessimis...? » Il n'est pas inutile de rappeler que la condamnation de la doctrine de Luther par la Sorbonne (15 avril 1521) était un grand triomphe pour les adversaires des idées nouvelles. (Voyez ci-dessous le N° 38, note 4.)

⁴ La présente lettre, datée « Mechliniâ raptim ex diversorio, » doit vraisemblablement se placer entre celle qu'Érasme écrivait de Louvain le 14 mai, et celle qu'il datait d'Anvers, le 24. (V. Le Clerc, p. 644.)

⁵ *Guillaume Duchêne* (en latin à *Querco* ou *Quercinus*), docteur de Sorbonne.

Normannus, seniculus virulentus, et *Bedda* Standonchensis, truncus verius quàm homo. Res, ut audio, nunc agitur venenis: *Parisiis* sublatis sunt aliquot, qui *Lutherum* manifeste defendebant³. Fortassis hoc in mandatis est, ut, quoniam aliter vinci non possunt *hostes Sedis Romanæ* (sic enim illi vocant, qui harpyis illis non per omnia obsequuntur), veneno tollantur cum benedictione Pontificis. Hæc arte valet *Aleander*⁴. Is me *Coloniæ* impensissime rogabat ad prandium⁵; ego, quo magis instabat, hoc pertinacius excusavi... Hæc liberius apud te effudi, vir optime. Cavebis ne hæc epistola aberret in manus multorum; nam *Germani* evulgant quidquid nacti fuerint....

35

MARGUERITE D'ANGOULÊME¹ à Guillaume Briçonnet.
(De Bourgogne ? avant le 19 juin 1521.)

F. Génin. Lettres de Marguerite d'Angoulême. Paris, 1841, in-8°, p. 155.

Copie contemporaine. Bibliothèque impériale. Supplément français, n° 337, folio 1.

SOMMAIRE. Marguerite reclame pour son mari et pour elle-même les prières de l'évêque de Meaux. Elle désire qu'il lui envoie Michel (*d'Arande*).

Monsieur de Meaux, congnoissant que ung seul est nécessaire, [je] m'adresse à vous pour vous prier envers Luy vouloir estre

³ Cette accusation si grave n'est reproduite, que nous sachions, par aucun contemporain. Érasme la renouvela en 1526, à propos de la mort d'Antoine Papillon et d'Antoine Du Blet. (Voyez sa lettre à François I du 16 juin 1526. Epp. ed. cit. p. 944.)

⁴ *Jérôme Aléandre*, né en Albanie (1480), avait professé avec distinction la littérature grecque et latine à Paris (1508-1513). Il devint ensuite chancelier de l'évêque de Liège, bibliothécaire du Vatican et nonce papal en Allemagne (1520). Érasme laisse percer mainte fois le ressentiment qu'il nourrissait contre Aléandre; il l'accuse de l'avoir desservi auprès de l'empereur et de quelques évêques, d'être un ennemi caché, etc. (Voyez De Burigni. Vie d'Érasme. Paris, 1777, t. II, p. 191 et suivantes.)

⁵ Érasme se trouvait à Cologne en novembre 1520, lorsque Aléandre vint demander à Charles-Quint de faire brûler dans tout l'Empire les ouvrages de Luther, et de livrer Luther à la cour de Rome. (Voyez la lettre d'Érasme du 11 novembre 1520. Epp. p. 592.)

¹ *Marguerite d'Angoulême*, sœur unique de François I, naquit à Angou-

par oraison moyen qu'il Luy plaise conduire selon sa sainte volonté *M. d'Alençon*², qui, par le commandement du Roy, s'en va son lieutenant général en son armée³, que, je doute, ne se départira sans guerre. Et pour ce que la paix et la victoire est en Sa main, pensant que, oultre le bien publicq du royaume, avez bon désir de ce qui touche son salut et le mien, [je] vous employe en mes affaires, et vous demande le service spirituel; car il me fault mesler de beaucoup de choses qui me doibvent bien donner crainte. Et encores demain s'en va *ma tante de Nemours*⁴ en *Saroye*. Par quoy vous faisant les recommandacions d'elle et de moy, et vous priant que, si congnoissez que le temps feust propre, que maistre *Michel*⁵ peust faire ung voyage. ce me serait consolacion,

lème le 11 avril 1492. Privée de bonne heure de son père, elle dut à la sollicitude de Louis XII, son tuteur, une éducation solide et complète. Marguerite avait reçu en partage les plus beaux dons : une intelligence très-vive, l'amour des études sérieuses, la modestie et une inépuisable bonté. Aussi fut-elle l'objet de l'admiration universelle, lorsque en 1515 elle parut à la cour. François I appréciait infiniment les rares qualités de sa sœur, qui lui témoigna toujours l'affection la plus tendre et la plus dévouée; il l'appelait « sa mignonne. » Il ne prenait aucune décision importante sans la consulter, en sorte qu'on a pu dire avec raison qu'elle fut « son bon génie. » Théodore de Bèze lui rend ce bel hommage : « Francisco Regi fratri *Margaretam* sororem adjungere fas esto, dignam licet quæ vel in ipsius sacrarii penetrali collocetur : fœminam ut ingenii elegantia et acumine fratri parem, sic pietatis cognitione et juvande Christi Ecclesiæ zelo, quo fratris iras . . . temperavit, et cui conservatos plurimos optimos viros debemus, laude dignam sempiterna : quanvis ipsius gloriæ nonnullam in ultima tandem ipsius ætate credulitas labem adperserit. » (Icones.) — Le témoignage que rend à cette princesse l'historien moderne de François I n'est pas moins favorable : « Les savants lui étoient chers, les malheureux lui étoient sacrés, tous les humains étoient ses frères, tous les Français étoient sa famille. Elle ne divisait point la société en orthodoxes et en hérétiques, mais en oppresseurs et en opprimés, quelle que fût la foi des uns et des autres; elle tendoit la main aux derniers, elle réprimait les premiers sans leur nuire et sans les haïr. Il y a bien loin de ces grâces, de ces douces vertus d'une princesse aimable, au zèle du syndic Bèda qui guettoit les hérétiques, et du conseiller Verjus qui les brûloit. » (Gaillard, op. cit. III, 545.) — Voyez aussi la notice sur Marguerite par M. Génin et l'article Marguerite d'Orléans dans la *France Protestante* de MM. Haag.

² Charles, dernier duc d'Alençon, qu'elle avait épousé en 1509.

³ Il fut mis à la tête de l'armée de Champagne.

⁴ Philiberte de Savoie, sœur de la reine-mère. La mort de Julien de Médicis l'avait rendue veuve à l'âge de dix-huit ans (1516).

⁵ Michel d'Arande, natif des environs de Tournay. Il était l'un des amis intimes de Le Fèvre d'Étaples.

que je ne quiers que pour l'honneur de Dieu, le remettant à vostre bonne discrétion et à la sienne.

La toute vostre, MARGUERITE.

36

MARGUERITE D'ANGOULÊME à Guillaume Briçonnet.

(De Bourgogne? après le 19 juin 1521.)

Inédite. Bibl. impériale. Suppl. franç. n° 337, fol. 6 a.

SOMMAIRE. Marguerite prie Briçonnet de continuer à la diriger dans le chemin du salut, et elle l'assure qu'il pourra compter sur sa protection, quand il aura des affaires à la cour.

Je loue de toute ma puissance *Le seul bien nécessaire*¹, qui, par sa bonté, permet à celle qui se peut dire moins que rien tant de grâce, que d'avoir eu, par vostre lettre et celle de M^r Michel², occasion de desirer commencer d'entendre *le chemin de salut*. Et, puisqu'il Luy plaist avoir ouvert l'œil par nature aveuglé, et, par vostre bon moyen, l'avoir tourné du costé de la lumière, je vous pryé en l'honneur de Luy, que, par faulte de continuer voz tant salutaires lettres, ne le laissez en paresse se reclorre, mais par coutume de fructueuse leçon rompez la trop grande ignorance de mon entendement....

Je vous prie que ceste charité ne me soit desnyée, et je m'oblige que, ainsy que serez mes bons advocatz envers *Le tout*³, il Luy plaira me faire estre la vostre en ceste court, en toutz les affaires que me vouldrez employer.... J'espère que sy *les pères*⁴ viennent

¹ Briçonnet avait écrit à Marguerite le 19 juin 1521, en répondant à la lettre précédente: « Joieulx ay esté, Madame, veoir par les lettres qu'il vous a pleu m'escripre, que cognoissez *ung seul nécessaire*, ou, pour mieux parler, qu'il se face cognoistre en vous; car Il est sa cognoissance et ne se peut que en Luy-mesme estre congneu. »

² Voyez la lettre précédente.

³ « Le tout, le seul nécessaire, la seule bonté » sont des expressions familières à Marguerite, quand elle parle de Dieu.

⁴ Il est probablement question ici des Pères *Cordeliers de Meaux*, auxquels Briçonnet défendit, en 1521, de représenter dans leur église, ou quel-

icy, qui[qu'il] leur sera respondu selon vostre conseil. Dieu me doint grâce d'y faire selon son saint vouloir, en sorte que, après nos petiz labours, puisse par sa miséricorde éternellement le louer avec vostre sainte compagnie ⁵.

la toute vostre M.

Jhesus Maria.

37

UN MOINE ¹ à H.-C. Agrippa.

D'Annecy, 26 juin 1521.

Agrippæ Opp. Pars II, lib. III, ep^a 7^a, p. 784.

SOMMAIRE. Je suis heureux d'apprendre que vous résidez à Genève. Écrivez-moi ce qu'il advient de Luther. Je désire vivement posséder sa traduction des Psaumes et la seconde édition du Nouveau Testament d'Érasme.

Doctissime Doctor, cognovi serò, te *Gebennis* jamdudum adesse ².
Quamobrem ineffabili gaudio gavisus sum, cum hic sperarem
adhuc tuam mihi desideratam faciem videre, et tua ipsius erudi-

que part que ce fût, St. François stigmatisé. L'affaire fut portée au Parlement, qui sanctionna par des peines très-graves la décision de l'évêque de Meaux. (Voyez Toussaints Du Plessis, op. cit. I, 331.)

⁵ Elle veut parler des théologiens et des savants que Briçonnet avait attirés dans son diocèse. (V. ci-dessous le N^o 38, note 10, à la fin.)

¹ C'était probablement le P. Claude Dieudonné, qui avait quitté Metz pour Annecy. Voyez le N^o 21 et le N^o 40, note 2.

² Agrippa pratiquait la médecine à Genève depuis quelques mois. Il était parti de Cologne vers la fin de mars, et il s'était d'abord rendu à Metz pour y visiter ses amis. La maladie de sa femme, qui mourut dans cette ville, l'y retint sans doute pendant quelques semaines. On peut donc placer approximativement au mois de mai 1521 son arrivée à Genève. (Voyez Agrippæ Opp. Pars II, p. 783 à 785. Lettres du 24 février, du 19 mars et du 19 juillet 1521.)

Agrippa avait déjà fait un séjour à Genève avant l'année 1517, et il paraît même qu'il eut un moment l'intention de s'y fixer, à son retour d'Italie. (Voyez dans les Archives de la Société d'Hist. du canton de Fribourg, t. II, 1858, le mémoire de M. Alexandre Daguët, intitulé « Cornélius Agrippa chez les Suisses. » La biographie complète de ce philosophe se trouve dans Meiners. Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissenschaften. Zürich, 1795, 1^{er} B^d.)

tionem perfrui, sapientique eloquio; verum enim verò nego et inficias eo, ullam mihi aliquando conversationem cum quocunque fuisse amœniorem, quàm tecum ³. doctissime mi Agrippa; atque utinam mihi perpetuam liceret tecum traducere vitam! Quod cum fieri haud quaquam possit, saltem literis tuis quantulamcunque voluptatem captare desidero, ut sciam, quid valeas, quid rerum nunc agas, atque antea egisti, an etiam receperis literas quas paulò post discessum nostrum ad te scripsi. Cupio etiam per te certior fieri, an secunda recognitio *Erasmii* ⁴ super Novum Testamentum sit typis excusa. Hanc jam mihi postulavi mitti a Bibliothecis de *Lugduno*, daturus pretium quod postularent. Item quid de *Luthero* ⁵ agitur, et an interpretatio sua super Psalterium sit expressa: hanc profectò vehementer cupio. Bene vale, mi eruditissime Agrippa, meque cum servis tuis annumera. Ex Anessiaco, sexta Kalendas Julii, Anno 1521.

38

GLAREANUS à Zwingli, à Zurich.

De Paris, 4 juillet 1521.

Zuinglii Opp. VII, p. 176.

SOMMAIRE. Condamnation de *Luther* par les Triumvirs de la Sorbonne. Motif qui a engagé *Le Fèvre d'Étaples* à quitter Paris pour s'établir à *Meaux*.

.... Jam de *Luthero* ¹ ut multa scribam non est visum operæ pre-

³ Les lettres suivantes nous apprennent que l'écrivain avait habité Metz, qu'il y avait formé des relations d'amitié avec Agrippa et reçu de lui quelques écrits de Luther.

⁴ La seconde édition du N. T. d'Erasmus avait paru en mars 1519.

⁵ On ne savait ce qu'était devenu Luther après sa comparution à la diète de Worms (avril 1521). Un des amis d'Agrippa lui écrivait de Metz, le 19 juillet: « Audivimus *Lutherum* ad Bohemos tutius profugisse, cujus vices nunc gerunt *Huttenus* ac *Melanchthon*. » Six mois plus tard on ignorait encore à Paris le sort de Luther. « De *Luthero* prorsus nihil nunc audimus, adeo ista bella omnia turbant. A *Theologis Lutosis* [i. e. Sorbonicis] damnatus, qui Parlamentum ad idem facinus adduxere. » (Glareanus Zuinglio. *Lutetia*, 12 Cal. Januar. (21 Dec.) 1521. Zuinglii Opp. VII, p. 156, où cette lettre est placée par erreur à la fin de l'année 1520.)

¹ Voyez le N° 32.

tium, quum ex *Sculis* ² omnia facillimè intelligere potes. Magnus ille est. *Matæologi nostri* ³ sese dignum egere, ne scilicet vel nostra ætas Pharisæis careret. Damnarunt ⁴ Triumviri: *Beda* ⁵ (non tamen Venerabilis) *Quercus* ⁶ et quidam *Christophorus* ⁷. Nomina sunt horum monstrorum etiam vulgo nunc nota, *Belua*, *Stercus* et *Christotomus*. Mirum vero quàm Monachi omnibus practicis, ut vocant, nunc discursitent. Ego sane *Lutheri* penè nulla habeo opera ⁸. ex-
cepta unica *Captivitate Babylonica* ⁹. quæ mihi tam impense pla-

² Les deux frères *Tschudi*, élèves de Glareanus.

³ Les docteurs de Sorbonne.

